FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh. Seite 78r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



SANE QVIA SCDS
liber expositionis ingenesceos ab eo loco incipiebat ubi
post expulsionē adę de paradiso in hac erumna mor
talis uitę uxorē suā idem ꝓthoplastus cognouisse de
scribitur: atq; in historia abimelech in qua sara laudat
ad calcē usq; ꝑductus ē. Congruum esse arbitror: quod tercius
liber in eo loco principiū sumat. ubi filius ꝓmissionis abrahę
patriarchę cōcessus est. cuius ꝑsona ipsius typū teneret. qui ori
ginalis peccati uincula dissolueret. & humanū genus decori pris
tino quo dudū spoliata fuerat. ꝑ grām suā restitueret. ac paradi
so colonū suū reuocaret. Visitauit autē dns sarā sicut ꝓmiserat.
& impleuit quę locutus est. concepitq; & peperit filiū in senectute
sua. tempore quo predixerat ei ds. Vocauitq; habraham nomen fi
lii sui. quē genuit ei sara. ysaac. & circūcidit eū octauo die. sicut
ꝑceperat ei deus. Be. Circūcisionis typus. ac figura. multiformis
ē. Nam & signaculū ē scdm aplm. iusticię. fidei. abrahę. & semini eius
& indiciū castigandi eos. qui ad hoc semen. hancq; fidē pertinerent.
ab omni inquinamento carnis. & sps. & ꝓphetia nascituri de hoc se
mine saluatoris. qui nos. & in presenti ꝑ baptismū ab omni mor
tifere actionis pollutione mundaret. & in futuro. ꝑ resurrectio
nē. ab uniuersa mortis ipsius corruptione in perpetuū liberaret.
Octauum autē numerū resurrectionis glorię cōuenire. pene omib;
claret. Nam & dns octauo die. hoc ē. post septimā sabbati resurrexit.
& ipsi post sex huius seculi ętates. & septimā sabbati animarū. que
nunc interim in alia uita gerit. quasi octauo tempore surgemus
tunc purissimi. hoc est. ab omnib; carnalis concupiscentię uiciis.
& corruptionib;. in quib; maxime luxuria regnat. expoliati.
Creuit igitur puer. & ablactatus est. fecitq; abraham grande
conuiuiū in die ablactationis eius. Aug. Merito queritur. cur
abraham. nec die quo natus ē ei filius. nec die quo circūcisus est.